EPISTOLA GRATULATORIA,

QUA

NOBILISSIMUM DOMINUM

CANDIDATUM,

STEPHANUM ANTONIUM KOCH-LATSCH,

Conſanguineum Suum dilectiſſimum,

CUM

HALAM

GRADUS DOCTORIS

Capeſſendi cauſſa peteret, comitari & quædam

DE

USU & ABUSU NITRI

proferre voluit

ANDREAS HERRMANN,

Med. Doct. Neoſol. Hung.

*** *** ***

PEr Nitrum intelligo Sal, quod hoc nomine venale proſtat in Aromatopoliis & Pharmacopoliis a Sale comm. & recrementis terreis depuratum. Actum agerem ſi de Geneſi & partibus ejus conſtitutiuis, nec non vſu polychreſto quicquam ſcriberem, cum id ab Illuſtr. Stahlio, Præceptore quondam meo ad cineres deuenerando in ſchediaſmatibus ſuis Menſis Februarii de Nitri Geneſi & Menſ. Martii de Vſu ejus Polychreſto, prolatum ſit: Effectum ſaltem ejus duplicem, quem in corpore humano adſumtum præſtat & indicationibus medicis ſatisfacit, noto, nimirum antiſpaſticum & demulcentem, nec non incraſſantem temperantemque. Relaxat certe ad ſummum partes corporis humani, & dum id agit, mucidam quandam ſubſtantiam ex ipſis educit, ac eo ipſo demulcentem & anodynum edit effectum. Muciditas hæc ſanguini intermixta eundem ſpiſſiorem reddit, & ſic auctiorem ejus cir-

circulum & orgaſticas commotiones temperat, præſtat hoc certiſſiſſime, magis tamen pulueretenus quam aqua dilutum adſumtum. Aure carior hic Nitri vſus, prout omne apud genus humanum in deterius ruit, in abuſum degenerauit, dum in Phthiſicis bene notante Illuſtr. Stahlio minus caute adhibetur & tuſſim ac expectorationem nimiam concitat: in ſenibus & aliis quorum tonus debilitatus & deſtructus eſt, hunc magis relaxando flatulentiam & majorem debilitatem ac languorem inducit: in febrib9 acutis exanthematicis eſt certe ejus vſus parcior, immo ſi motus excedat, largior utilis & proficuus, ſed nequaquam vbi motus languent & deficiunt. Dabo exemplum, cujus quondam ſpectatorem egi: honeſta quædam fœmina laborabat febre Catarrhali, quæ per 14. dies, cum nil medicamentorum præter laxans ſecunda die ſumtum capere vellet, aluo quotidie officium ſuum deponente, ſudore matutino, & vrinæ coctione autocratico naturæ motu prouenientibus, ſatis ordinate procedebat, poſt diem 14. remanet languor, ſudat, vrina adhuc copioſum deponit ſedimen, id quod Medico anſam cogitandi dedit de reſtitantibus morbi reliquiis, ſuadet, ſed ſurdis medicamina, 17. die apparet purpura alba in regione pectoris, qua perterrita media petit, dantur mane Eſſ. Alex. cum Mixt. ſimpl. ana, veſperi ingruente paroxyſmo puluis nitroſus cum Antimon. diaphor. & abſorbente; pulſus mane eſt debilis & frequens, non tamen celer, redditur autem talis quoties Eſſ. ſupra nominatam ſumit, calor patienti delicatiori ſenſibilis aliquantum augetur, purpura prodit non ſimul & ſemel, ſed quotidie copioſior, urina turbatur, deponit ſedimen, diaphoreſis adeſt. Vocatur

tur

tur in ſubſidium alter Medicus promotus & hinc majoris exiſtimationis, hic ſtatim Eſſ. quam æſtum concitare dicit, removet, & ſingulis 3. horis puluerem Nitroſum cum Antimon. diaphor. offert. vrina, quæ hactenus largius depoſuerat ſedimen, de die in diem minus, tandem plane nullum deponit, purpura copioſior prodit, pulſus ingruente ipſo paroxyſmo eſt debilis & frequens, æſtus ferme nullus, ſudor largus. Prior Medicus ominatur peſſima ex urinæ inſpectione; alter tamen regerit nil inde ſubſecuturi mali, obueniſſe ſibi neſcio quot centenos, qui, etſi nullum ad fuiſſet vrinæ ſedimen tamen euaſere. Euadit & hæc, intra 3. diem ſequitur languor ad animi deliquium, vomitus, convulſiones, pax. Abuſum hic Nitri animadvertes ſpero B. L. quod motus jam per prægreſſam febrem debilitatos & languidos magis tales reddebat, cum tamen viribus & naturæ ſucumbenti ſubueniri, & ipſa ad auctiorem & vegetiorem motum excitari debuiſſet, & cum optima medicamenta intempeſtiue, non conſiderato temperamento, ætate, vigore motuum &c. data nocere poſſint, valet id & de Nitro. Similem in variolis & morbillis deprehendi abuſum, cum ex larga ejus ingeſtione aut non prodirent, aut retrocederent, & quod ſollicite obſeruaui, decubitum ad ſcrotum, quod intumuit, & nimium vrinæ fluxum induxit cum vitæ periculo: cum tamen talibus in mentem venire debuiſſet, quod Riuerius & poſt hunc Illuſtr. Stahlius de nimio vrinæ fluxu ex vſu aquæ fragorum in variolis tradidit. Non damno vſum Nitri, ſed potius laudibus eundem extollo & maximi habeo, cum mihi bene conſtet, quod in Variolis, ſi nimius adſit æſtus, hunc temperet & eruptionem faciliter,

exce-

excedentem Diarrhoeam temperet, ſed abuſus ejus merito profero, non ſpeculatione ſed experientia deprehenſos, in eo felix, quod alienis periculis cautus factus ſim; nec omnes abuſus, verum quosdam tantum, hic refero, alias Epiſtolæ leges transgrederer. Et hæc ſunt pauca illa, quæ occaſione diſſertationis Tuæ, Cariſſime Domine Candidate Amice integerrime, proferre volui, debui, præcipue cum & illa errantibus & labeſcentibus non inutilem futuram putem. Gratulor de honoribus, qui Tibi breui, vt digno, coferentur, & cum vino vendibili non opus ſit hedera, non proclamo laudes ſtudiorum Tuorum, qualia ſint, me ſilente Tua docet diſſertatio, bene agis, quod contra morem Tuum opinioni vulgi, quod nonniſi mitra Doctorali ornatos pro abſolutis omni numero Medicis habet, ſatisfacis.

Benedicat Numen Diuinum prout hactenus, & inpoſterum conatibus Tuis, quo omnia cedant in ſui nominis gloriam, proximi ſalutem & Tuum, quod ex promotione hac ſperas, commodum. Ceterum voveo, opto, precor, vt breui ſaluus & incolumis magno illo D. armatus ad Tuos in patriam redeas.

Vale.

* * *

1. Tim. IV. 8.

ECce Tibi fructus pietatis ad omnia
doctæ!
Præmia, crede modo, Spes pia
plura feret.
Illa gradu interea Doctoris donat aman-
tem.
Illius & poſthac experiere manum.
Arte malum majus fuerit ſi forte mali-
gnum,
Expediet ſtudium Te pietatis eô.
Monticola & Medicum laudabit & Ac-
cola dextrum
Proque ſalute Deum Tu qnoque laude
coles.
Tu pietate ergo, Tu Excellentisſimus
Arte,
Tu fortunâ eſto, grandis Amice, pre-
cor!

Læti

Læti ut materiam poſſis mihi carminis inde,
Sæpius, imô omni ſuppeditare die.

Amico ac familiari ſuo occinebat:

SAMUEL PELLIONIS,

Scholæ Schemnic. Evang. Conrector.

PHœbus giebet nichts umſonſt. Denn er will vor ſeine Gaben
Fleiß und unverdroßne Müh gleichſam zur Bezahlung haben.
Faule werden niemahls erndten; Weil ſie niemahls ausgeſat.
Und wer ſich Vacunæ wiedmet, komt nicht allzuhoch ans Brett.
Phœbus ſetzt das Kleinod aus. Doch es wird mir dem geſchencket,
Welcher durch gelehrt Bemühn, Nutz und Ruhm zu hoffen dencket.
Wer das erſte unterlaſſet: und das letzte nicht begehrt,
Macht ſich ſelbſt durch ſeine Tumheit dieſer Koſtbarkeit nicht werth.
Phœbus krönt den muntern Fleiß. Denn er will durch Ehren-Kronen,
Und durch frohes Wohlergehn die, ſo treu gedient, belohnen.
Selbſt Fortuna ſieht dis alles mit erfreuten Blicken an,

Was bey ſolchen Muſen-Söhnen Phoëbi ſondre Gunſt
gethan.
Hoch- und **werthgeſchätzter Freund**, wie
kommts, daß DICH Phœbus liebet,
Und DIR heute ſeiner Gunſt angenehme Marquen
giebet,
Da er DIR durch ſeine Muſen einen Doctor-Hut
verehrt
Und hierdurch DEIN werthes Wohlſeyn und des
Ruhmes-Glantz vermehrt?
Iſts nicht DEIN gelehrt Bemühn, welches ſich zu al-
len Zeiten
Nutz und Würde vorgeſetzt? ſo DICH auch anjetzt
begleiten.
Ja DU dieneteſt dem Phœbo als ein muntrer Muſen-
Sohn;
Darum trägſt DU jetzt als Renten, Würde, Nutz und
Ruhm davon.
Doch Plus Ultra! Nicht genung, daß DICH Phœbus
hochgeſchätzet
Da er jetzt ein groſſes D. DIR zu DEINEN Nahmen
ſetzet.
Vieles iſt annoch zurücke. Denn Fortuna wird nicht
ruhn,
Noch beliebtes Wohlergehen dieſem allen beyzuthun.
Und DU haſt vielleicht bereit ſchon des Glückes-Ziel
getroffen;
Denn ein **angenehmer Schatz** läßt DICH viel
vergnügen hoffen.
Blühe ferner hin in Würde! Küſſe ſuſſes Wohlergehn!

Alles was die Bruſt vergnüget ſoll zu DEINEN
Dienſten ſtehn!
Selbſt Hygea wüntſchet Glück: Weil ſie ſchon in DEI-
NEN Curen,
Die DU längſten höchſt beglückt ausgeführet, reiche
Spuhren,
Der Gelehrſamkeit gefunden. Und DEIN Schem-
nitz freuet ſich
DICH in ſeiner Schooß zu haben: denn ſie ſtützt ſein
Wohl auf DICH.
Siehſt DU nun **Hoch-Edler Freund**, daß DIR
jetzt der Ehren-Tempel
Vieles Wohlergehn entdeckt? Ja DU biſt UNS ein
Exempel
Welches UNS durch gleich Bemühen zu der Ehren-
Pforte treibt,
Wo von Phœbo ſtatt Belohnung Ruhm und Wohl
nicht auſſen bleibt.

Mit dieſen wenigen wollten ihre gratulation
zu der rühmlichſt erlangten Doctor-
Würde gebührend abſtatten

Zwey Bekannte Freunde.